



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118332**

§. 96. S. Didaci Ordinis S. Francisci obitus

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66459)

mæ cultam concernunt, complectitur. Ex Leandro Alberto discimus, quod Blondus quinque filios, omnes liberalium artium cultores reliquerit. Videtur tamen, quod per annos fere septuaginta quinque juxta veterum Philosophorum præscripta vitam suam traduxerit, abjecta omni divitiarum sollicitudine. Fatis denique functus, in Capitolio prope facellum B. Virginis Mariæ terræ mandatus quiescit. Sigonius de eodem argumento scribens, cultiore quidem, magisque terfo usus est sermone, sed tamen pluribus in locis liberius Blondum defloravit; Prodierunt ejus opera Basileæ Anno millesimo quingentesimo quinquagesimo nono typis impressa.

Secul. XV.  
A. C. 1463.

§. XCVI.

*S. Didaci Ordinis S. Francisci obitus.*

Ad diem duodecimam Novembris refertur beata mors cujusdam Religiosi ex ordine S. Francisci, nomine Didaci, qui a Sixto V. Anno Domini supra millesimum quadringentesimo octogesimo octavo Sanctorum fastis adscriptus est. Natale solum habuit oppidum S. Nicolai de Portu ditionis Hispalensis in Andalusia; quamvis parentes ipsi essent admodum pauperes, nihilominus pie educatus

*Spond. annual. eccles. hoc anno n. 12*

*Bullar to. 2. Sixti V. Const. 82.*

H 5 fuit;



Sæcul. XV. fuit; unde Regularis observantiæ, quæ tum  
A.C. 1463. inter S. Francisci alumnos vigeat, amo-  
 re captus, ad conventum de Arrizafa pro-  
 pe Cordubam confugit, sacroque ha-  
 bitu indui postulavit, cum autem voti  
 damnaretur, non nisi fratribus laicis seu  
 conversis adscribi voluit, non tam quia  
 literis expers erat, quam maxime, ut  
 humilitati suæ uberius satisfaceret. Mit-  
 tebatur Forteventuram ad Insulas Cana-  
 rias, ubi opportunam exercendi sui zeli  
 occasionem nactus Idololatrias ad Chri-  
 sti fidem perduxit. Inde vero Anno Sa-  
 lutis millesimo quadragesimo qua-  
 dragesimo nono in Hispaniam revocatus,  
 Anno sequenti Romam contendit, ut  
 ibidem magno Anni sancti thesauro, ac  
 S. Bernardini Senensis, qui itidem Ordini  
 sui Religiosus erat, Canonisationi in-  
 teresset. Demum Roma redux ex An-  
 dalusiæ Provincia ad Castellanam mis-  
 sus, reliquos vitæ suæ dies in eminentis-  
 simæ pietatis operibus complevit. Hu-  
 jus sancti Viri historiam nobis Petrus Ga-  
 lesinus descriptam reliquit.

## §. XCVII.

*S. Catharinæ Bononiensis extrema.*

*Baillet. Vit. Sanct. 9.* *Mart. tom. I.* Eodem anno die nona Martii beato fine  
 quievit Monialis quædam Ordinis  
 S. Claræ, a nativitate suæ loco Catha-  
 rina